[illegible]

plures uel ad omnes causas generaliter constitutus fuisset: in una tantum substituit causidicum: in aliis nequaquam prohibetur procurationis officium exercere. Idem.

Qui ad agendum et defendendum ac generaliter ad omnia etiam si mandatum exigant speciale constituitur procurator: et in generalitatis huiusmodi ad aliquem articulum in quo speciale mandatum exigitur admitti non debet. Sed si aliquis uel aliqui de articulis speciale mandatum exigentibus specificati fuissent adiecta clausula generali: tunc ad non expressos etiam admittetur.

Procurator quoque absque speciali mandato iuramentum deferre, transigere uel pacisci non potest: nisi ei bonorum uel cause administratio libera sit commissa.

Cum generalis constituitur. Idem.

Ad negotia procurator: agere et excipere potest exceptis his casibus quibus mandatum exigitur speciale. Nec dummodo ad negotia: sed etiam ad iudicia potest filius familias absque patris assensu fieri procurator. Licet quis post xvii annum procurator ad negotia licite deputetur: ad iudicia tamen nisi maior xxv annis fuerit deputari nequibit. Idem.

Si duo procuratores insimul non adiecto in solidum deputentur: unus sine altero non debebit admitti. Secus si sint in solidum constituti: sed tunc illius erit melior conditio qui per litis contestationem negotium primitus occupabit. Post occupationem autem huiusmodi alter se intromittere nequibit: nisi ille litis dominus sit effectus: uel dictum in constitutione fuisset quod non fieret melior conditio occupantis. tunc enim si eum qui occupauit infirmari, mori, absentari, uel aliter impediri contingat, aut si prosequi forte noluit, poterit alter susceptum perficere negotium ab alio inchoatum dummodo tamen ab illo non fuerit alius substitutus: nam si sit, is prosequi debebit eundem.

Ceterum ubi nullo substituto alter suscepit negotium prosequendum: is qui occupauit primitus ipsum resumere postea impedimento cessante nequibit nisi forsan illum contingeret impediri. Sane in electionum postulationum seu prouisionum et aliorum spiritualium negotiorum causis que talia celeriorem expeditionem exigunt dinoscimus uolumus specialiter obseruari: ut si plures procuratores simul in eis fuerint non in solidum deputati, uterque ne per eorum consensum negocia eadem intricari contingat, [illegible] ex illis eligere ualeat, et ille solum prosequatur licet atque quicquid

[illegible]

UNIV. HELS. BIBL. Mscr.

pro actoribus

[illegible]

cum illo sic electo scientes eum esse plena roboris firmitate. Nec ad prosequendum alius admittatur per medium, nisi per eum qui non occupat negocium nescimus post occupationem factam ab alio super hoc admittendus. Idem.

Licet is qui procurator constituitur ab absente dixerit presentatum sibi suscipere nolle mandatum: si tamen nequaquam obstante contradictione constituentis in eadem persistit voluntate: ipsum acceptare poterit quandocumque placebit. Idem.

Si forma quociens de absente contingit constitutus procuratorem ad causam: non ideo licet tractes eam postmodum per te ipsum, procuratorem ipsum dinosceris revocare, quin immo procurator in idem procurationis assumet officium, quociens te contingit absentari. Secus si simpliciter de facto fuerit constitutus, videlicet sine aliqua litem contestatam. Si post ad causam ipsam venias non ut ipsi procuratori assistas, sed ut causam tu metipse agas: tacendo ipsum cum revocare censeris, nisi dicas expresse quod ipsum in suo officio procuratoris non obstante presentia vel quod non animo revocandi hoc facias ex aliquibus appareat coniecturis

si forsan aliquis immineat articulus in quo tamen nostri mei intentionem aut sibi sit procurator ipse infirmus, vel forsan se absentet seu quicquid aliud accidat propter quod ipse causae tuae sit presentia oportuna. Idem.

Procurator non aliter censetur idoneus ad intimandum mandatum, quam si ad hoc mandatum fuerit habere speciale. Quamvis alius qui constituitur ad negocia procurator, alium dare possit. In hoc tamen propter magnitudinem periculi quod ex facto tam arduo posset periculum imminere non potest deputare alium nisi hoc eidem specialiter sit commissum. Sane si procurator antequam contraxerit a domino fuerit revocatus: contractum postmodum matrimonium ab eodem licet tam ipse quam ea cum qua contraxerit revocationem huiusmodi penitus ignorarent: nullius momenti existit, cum illius consensus defecerit sine quo firmitatem habere nequivit. Gregorius X. eg. x. in concil. lugdun.

De his que vi metusve causa fiunt. tit. x.

Absolutionis beneficium ab excommunicationis sententia vel quamcumque revocationem ipsius aut suspensionis seu etiam interdicti per vim vel per metum extorta presentis constitutionis

[illegible]

[illegible]

cete uel spalis cause faciens
mentionem uidelicet quia
li forte proposuit aliquem ob
noxium eo sibi uel a se uice
uersa uel qui rem aliquam per
tinet. tunc enim hec precipue
inspiciendum est iudici an
sufficienter uel minime de iu
re uel intentionem ostenderit act
oris. unde si de hoc certa que
post modum accidentia liqu
eat. potest et debet iudex etiam si
appareat minus iuste a principio
dicere actum suum exinde eam
nunc informare. quia et si pe
titum fuit indebite non ob
hoc tamen minus ualuit ex de
uiat iudicium subsecutum
nec illius acta uel gesta pro
minus ualida existunt
nec etiam iudex ipse tamen
cognita ueritate pronuncia
re in contrarium possit cum a
sciencia libera et secura non p
cedet etiam inuitum reo si
tunc forte in ipsum ex huius
modi superuenienti causa
condempnato non fieret cum mor
alio instituto iudicio ceu
la foret iuncto condempnandus.
unde et si actor suam ex
superuenienti causa intenti
onem sufficiat fundamus
se. tamen egit causa aliqua spali
non expressa. secus tamen
si etiam et spalem in sua peti
tione subiunxit non post mod
ex eadem intentione prius q
prius expressit. et tunc etiam ex
competenti causa fundauerit. quare

cum memorat albas mo
nasterii de bus. proposuit sepe
factum locum de roseil. cuius
sanus duntaxat ad ipsum monasterium
ex prelata regis largitione spec
tare. nec de aliqua facta ipsi
monasterio super hoc ab eo de in
ge concessione docuit osten
derit. aut donatione quadam
factam illi de hys ab abbate et
conuentu monasterii predicti q
nec in sua petitione fuerat
expressa. nec etiam aliam factam in
illum prefecto commodum ex ea
reportare debebat. Prefatus
uero cardinalis premissis omnibus
et aliis que hic inde fuere pro
posita diligenter auditis ac uere
usque partis meritis equa lance
iusticie discussis prudenter
attendit id quod predicti albas
et conuentus de bus. proposuit i
tentionem uidelicet actoris ex hi
is que post litem contestatam accidunt
posse fundari. eaque debere iu
dicium deuenire. tunc locum
habere sicut congrue allegat
um est super quando ex certa et ex
pressa causa spali non actum
ex hiis enim que post inchoatum
iudicium euenerunt. quando causa
sunt exposita spalis nec debet nec
potest iudicis animus ad proferen
dam sententiam informari. quare
cete causa facta est mentio ut pote
donationis uel uenditionis aut
alterius spalis oportet accepti
indicii esse attendi ut liquido
cognoscatur an tunc merito fuit
actoris pro illa que spalem

[illegible]

[illegible]

concomitantur causam et uocatio ad esse debent uelud locus et tempus et huiusmodi sollicite que sunt attendenda et sunt quibus uana et inualida censeretur. Set cum ei gitur absque aliqua cause declaratione petitum. non sic oportet accepti iudicii tempore inspici que requirantur. nec sunt oportuna. nec attendi possunt in concomitancia in hac causa. et licet aliquibus curiosis qui de hiis que non multum expedit sepe disceptant aliter forsan appareat cum actum est causa aliqua non expressa: utilius tamen uidetur tali negotium expediri compendio quam per quandam exactam subtilitatem longo dispendio prorogari. presertim cum non nulla per utilitate communi iuris asperitate ex equitatis et mansuetudine tollari noscatur. Vestris igitur card. considerantes quod ipsi alias conuenientius debuisset non probauit largitione super hiis regiam contra ex qua humiliter nos impetere uidebantur ab huiusmodi coram dicto abbatis et conuentu impetitione de mandato nostro prohibito fuisse uero consilio nos duximus aliter absoluendos. Nos igitur card. eius dicte sententiam ratam habentes. eam auctoritate apostolica confirmamus. Bonifacius. viii.

Cum ab uno arbitrorum in iudicium aliis presentibus et mandantibus scripta sententia recitatur. hec perinde ac si fuisset ab omnibus recitata. dummodo ut is qui recitat non utatur uocibus singularis numeri. Set pluralis. nos tales iudices uel arbitri pronunciamus seu sententiamus in hunc modum. Idem licet electione seruetur in qua uel censeatur euidentius unica electionis et communis est ab uno et uice omnium de consensu suo per scrutinium procedatur electionis pronunciatio per uerba singularis numeri facienda. Idem.

Etsi sententia diffinitiua postquam scripta fuerit debeat a iudice uel ab alio de eius mandato recitatione proferri. aliter nec nomen sententie mereatur habere. nec ab ea sit necesse appellare. episcopo tamen quem pro dignitatis prerogatiuam ampliori conuenit honore fulgere. sententiam ab eo ferendam licebit ad instar illustrium personarum per alium recitare. Sententia quam scriptam edit a iudice litigatoribus non recitari. uel quam ab ipso presidente non sedente proferri contingit nullius penitus est momenti.

Innocentius iiii. in concilio lugdunensi.

Cordi **de appellationibus**

nobis est lites minui et releuare a laboribus subiectos. Sancimus igitur ut siquis in iudicio uel extra super interlocutoria uel grauamine aliquo ad nos duxerit appellandum causam appellationis in scriptis assignare depperit petat apostolos quos ei precipimus exhiberi in quibus appellationis causam uidet exprimat. ut causa appellationis non sit admissa uel si ap

[illegible]